Universitätsbibliothek Paderborn

Exacta Observantia S. Constitutionum Urbanarum, à Innocentio XII. Pontifice Maximo impensè præcepta Fr.Fr. Minoribus S. Francisci Coventualibus Provinciæ Coloniensis: ac munita clementissima ...

Wissingh, Anton

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Ad Lectorem benevolum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49637

Visual Library

in Chriſto Miniſtro, cui nihil magis cordi eſt, quàm communis Noſtra ſalus, Decor Ordinis, ac Gloria Dei. ✠ *Deus interim, qui dedit vobis hanc obſervantiæ voluntatem, donet & facultatem. Et conterat Satanam ſub pedibus veſtris, precibus Sanctiſſimæ V. MARIÆ, quæ caput Draconis conterere accepit in poteſtate.* Ita Eminentiſſimus Card. N. Colloredus in literis de 15. Auguſt. 1699. infrà citandis.

Ad Lectorem benevolum.

AMice Lector, quòd ſpecialem ante paucas haſce pagellas non reperias approbationem, ratio hæc eſt; *tum* quia continent talia, quæ vel ſunt prævié in aliis libris, è quibus deprompta ſunt, approbata; vel ſunt Magnatum ac Ordinariorum Reſcripta ſeu edicta, quæ ſeſe ipſa approbant, & alienam ſeu ulteriorem approbationem non expoſcunt, immo nec admittunt. *Tum etiam* vel maximè, quia pagellæ hæ tendunt in *Urbem*, ut ſeſe præſentent Sanctiſſimo D. N. Pontifici Summo ac Capiti Eccleſiæ, ab eodem approbandæ, à quo jam confidenter præſupponunt ſui approbationem, eò quòd contineant vel ipſius mandatum ac Decretum,

aut Conſtitutiones ab eo approbatas, aut talia quæ conſonant ipſius Sanctiſſimæ diſpoſitioni.

De hoc admonendus erat Lector benevolus; Criticus autem, quia amicâ admonitione non eruditur, tranſitur.

CA-